2251

Beatiss: Pater post humilem pedum oscula.

Sanctissime Pater postquam plenis tribus ~~iam paucos ante dies~~
ex Germania superiori Bruxellam reversus essem
Sanctitatis vestrae litteras sub 10o Augusti ad me
Roma datas, ibidem septimo Novembris accepi.
Exhibuit mihi similiter et suas huius ~~inferioris~~
Galliae Belgicae ~~Germaniae~~ Gubernatrix quas Sanctitas vestra sub
eodem dato eademque de re ad eam dederat litteras
legendas. Quamquam autem opus penitus non
fuisset dictam Gubernatricem privatis commonere
literis, ut me in officio pietatis et obedientiae contineret:
siquidem nihil aliud unquam desyderavi potius
quam Sanctitatis vestrae paternis monitis ultro obedire:
tamen et vestrae Sanctitatis ad me litterae et dictae
Gubernatricis admonitiones mihi fuerunt quam gratiss:
Et quidem optarem illam haereticam pestem, quae
propter opportunitatem mearum cum vicinis ~~et alibi forsitan~~
Gallicis locis in Principatum meum Arausicanum irrepsit.
~~eadem facilitate~~ scilicet qua invecta est e medio tolli
et aboleri posse. Quapropter cum mihi videretur ~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~
huius Cui mali, quod aliorumque quoque Principum terras ~~infecit~~ infecit.
propter tum temporum horum iniuriam, tum ~~etiam propter~~
fere omnium hominum Christiani nominis hodiernam ~~[illegible]~~ insaniam
~~non impediunt~~ in ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ Se ~~[illegible]~~ prioribus.
et civilibus aliis et

1561 [illegible]

Koninklijk Huisarchief Den Haag
A 11/XIV B/40a-3
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/6004

Summa [memorialis?]

~~ipsorum assiduis et frequentibus concionibus [illegible]~~
~~[illegible] continuis [illegible] ad pristinam religionem~~
~~[illegible]~~ :

Illico ad meos Arausii mei principatus officiarios scripsi
iisque serio mandavi, ut curent passim in ecclesijs
dicti principatus ~~nostri~~ mei, nostrae ~~[illegible]~~ orthodoxae
et Catholicae religionis doctrinam pure et ~~[illegible]~~
integre doceri, subditosque ~~nostros~~ meos in ea
omnimodo contineri, Contra autem sentientes et aliud
aut palam aut secreto docentes sub ~~[illegible]~~ proscriptionis
et bonorum confiscationis poena, nullo personae habito
respectu in carcerem ponendos ~~curavi~~ coniici.
Severius autem post denuo ita animadversurus constitui
ut delicti gravitas, religionisque nostrae tuendae
necessitas postulabit, Itaque, polliceor ut tum meos obedientia
qua me Sanctitati vestrae devinctum confiteor, eadem spero,
tum et filij mei catholice, quam unice observari
semper testimonium perhibeam

Speramus
autem beatiss: pater, si Sanctitas vestra efficeret
ut vicinum primum Gallus, Helvetiorumque loca
emendationi pararent, meam quoque provinciam
quae nunc infecta est, ab hoc malo facilius liberari
posse. Interim tamen, [quoquo possim diligentius?] nihil intermittam operae
quin faciam ea, quae meae partis esse arbitrabor
Deus solummodo sit meus adiutor et faxit ut
conatibus et rerum series voluntati meae respondeant
Felicissime Sanctitatem vestram Deo opt: Max: com[mendo]

Koninklijk Huisarchief Den Haag
A 11/XIV B/40a-3
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/6004

Sanctitati nostre tanquam in Catholice Ecclesie gremio humiliter commendo cupio. Ex Bruxella ~~[illegible]~~ Belgarum ipso nono die Novemb. A° 61.

Vestre Sanctitatis et Catholice Rom: Ecclesie obsequentiss: filius

Guilh. [illegible]
princeps.

Koninklijk Huisarchief Den Haag
A 11/XIV B/40a-3
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/6004